



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

12 An dubius de materia voti, iuramenti, aut promissionis sit ne licita,  
tenearis voto iuramento, aut promissione?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)



PUNCTVM XII

An dubius de materia voti, iuramenti, aut promissionis, si tunc licita, tenearis voto, iuramento aut promissione.

- 1 Teneris, si potes, superiorem consulere
- 2 Secus si consuli non potest, & urgeat tempus promissionem exequendi

**C**ertum est te teneri (si potes) superiorem consulere, ubi illoque dispensationem petere. Est decisio textus in cap. venerabilem de elect. §. idem, in illa Glossa, ubi dicitur. Non valet ad plenam excommunicationem ipsius, si iuramentum illud dicatur illicitum, cum nihilominus super eo nos prius consulere debuisses, quam contra ipsum propria auctoritate venire. Et de iuramento docet Felin. c. 1. de iur. n. 19. Panorm. in cap. cum contingat n. 15. Innocent. in cap. de bitores, & ex Theologis D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 3. quatenus dicit requiri dispensationem quando est iuramentum dubium. Sylvest. in summam 5. q. 1. Suarez 2. 2. de relig. lib. 2. de iuram. cap. 31. in fin. & loquens de voto, lib. 4. cap. 6. n. 12.

Ratio est, quia dubius de honestate materiae promissae dubitat an Deo grata sit talis materia. Ergo tenetur diligentiam facere, ut hoc dubium vincat, At cum nulla efficiatur, apriorque diligentia esse possit, quam consulere superiorem, qui loco ipsius Dei assistit, ipsum tenetur consulere. Et haec est differentia inter huiusmodi dubia, & dubium, an feceris promissionem, vel votum, quia quando dubitas an feceris promissionem, dubitas de exercitio tuae libertatis, & sic non est necessesse ad superiorem recurrere. At quando dubitas de honestate materiae promissae, non dubitas de aliqua conditione se tenente ex sua parte, sed dubitas de conditione, quae se tenet ex parte Dei. Ergo Deum, vel eum qui loco ipsius est, teneris consulere, & ab illo remissionem impetrare. Et confirmo. Qui sic dubitat, non dubitat fecisse votum saltem sub conditione, si res illa grata Deo fuerit, hoc enim sibi certo constat. Ergo tenetur inquirere, an fuerit grata Deo, alias transgressionis periculo se exponit.

2 Verum si prudentis arbitrio, aut superioris consilio vel dispensatione reddi non possis certus de honestate materiae promissae; & ex alia parte urgeat tempus promissionem exequendi, existimo te non teneri exequi, sed posse te iudicare liberum ab hac obligatione: ita docet expressè Suarez, loquens de voto, lib. 4. cap. 6. num. 13. & consentit Sanchez, lib. 4. de iuram. cap. num. 31. & cap. 6. num. 6. ratio est quia non placet Deo ea, in quibus periculum praesentis imminet. Secundo qui dubius est de honestate materiae promissae, neque potest dubium vincere, dubius formaliter est de lege, & voto: cum dubitet de essentiali requisito ad illa: necessarium enim honestatem in materia promissae requirunt. Sed qui dubius est de voto, & lege, iam diximus illis non teneri. Ergo similiter non tenetur qui dubius de honestate materiae promissae neque dubium vincere potest.

PUNCTVM XIII

An subditus dubitans rem sibi praecipiam licitam esse, superioris potestatem excedentem, possit, & teneatur exequi.

- 1 Non esse obligatum obedire affirmant plures.
- 2 Communis sententia sit in contrarium.
- 3 Quoties praecipium superioris impleri facile potest, obligaris illo.
- 4 Satisfit argum. n. 1. adductis.
- 5 Duo corollaria notanda ex supradicta doctrina inferuntur.
- 6 Proponuntur varia dubitationes pro intelligentia superioris doctrinae.
- 7 Examinatur, an Religiosi, in casu dubio de honestate praecipii, teneantur Praelato praecipiente obedire.
- 8 Non videtur improbabile deobligatos esse.
- 9 Teneaturne subditus dubitans de honestate praecipii consulere viros doctos? Qui affirmans non esse obligatum.
- 10 Probabilis est teneri.
- 11 Dubius superior, an res praecipiam excedat suam iurisdictionem si praecipiat post factam diligentiam ad vincendum dubium, tenetur subditus obedire.
- 12 Si nulla diligentia facta praecipiam, quibus probetur subditum obligatum esse obedire.
- 13 Probabilis est non esse obligatum.
- 14 Fit satis rationibus n. 12. adductis.
- 15 Teneaturne subditus in hoc dubio obedire, si damnum graue

- ei ex obedientia refuset? Affirmat quidam neoterici.
- 16 Affirmandum est e' positum.
- 17 Dissolvitur ratio n. 15. adducta.
- 18 Si praecipium superioris sit nimis molestum, & durum & dubius, an possit imponere, probabile est te illo non obligari.

**A**drian. quodlib. 2. p. 1. & p. 2. litt. D. & in responsione ad 2. Man. Rodriguez in summ. verb. obedientia, 2. part. cap. 9. concl. 2. 3. & 4. tract. de ord. iudic. c. 7. conc. 12. n. 12. Valquez 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 66. cap. 1. à n. 51. usque ad fin. li. 6. nes Doctores absolute affirmant, quoties dubium est de honestate praecipii posse subditum non obedire, ex parte consentit falsas 1. 2. tract. 8. disp. vnic. scilicet 17. n. 52. in med. & n. 157. & n. 183. scilicet 20. quatenus affirmat non esse obediendum praecipio iuperioris, si dubitetur maius Dei praecipium violandum fore, casu quo obedatur.

Moveri possunt primo, quia Praelatus non est in possessione praecipienda ea quae sunt illicita vel supra eius potestatem, ut de se constat. Ergo subditus dubitans praecipium sibi impositum de illicitis esse, simul etiam dubitat, an praelatus talia praecipere possit. Ergo repugnans illi obedire, non sponat Praelatum iure acquisito praecipiendo, cum nunquam acquiescit ius. Praecipienda ea in quibus periculum est honestatis. Secundo subditus dubitans, an praecipium sibi impositum sit, illo non tenetur, ut supra diximus, sed qui dubitat, an praecipium sit de materia licita, vel illicita, dubitat in re, an sit impositum praecipium, quia dubitat de aliquo, quod ad eius valorem, & essentiam necessarium est requisitum. Ergo Terrio praecipium superioris non potest facere licitum, quod alioquin illicitum est, sed operari quod dubitas an sit illicitum, est intrinsece malum. Ergo non potest accedere superioris praecipio fieri licitum. Quod si dicas accedente superioris praecipio deponendam esse dubiam illam conscientiam, & existimandum esse licitum. In hoc est difficultas, non enim illa conscientia ex solo praecipio superioris deponi posse videtur, cum ob praecipium non videat subditus aliquam specialem rationem honestatis in re praecipiam.

2 Communis tamen sententia affirmat in hoc dubio obedire subditi debere. Quia superior, eo ipso quo superior est in possessione praecipienda, & subditus est in obligatione obediendi. Ergo vt in aliquo particulari casu subditus a praecipio superioris excusetur, ostendere debet superiorem non reade praecipere. Ergo dum non ostendit, obedire tenetur, sic docet Glossa cap. quid culpatur, verbo iniquitas 23. q. 1. & c. 1. verb. formidat disp. 13. cap. dilecta in fin. de maioris. & obediens. & cap. ad aures, verbo obedientiam de temporib. ordinand. & cap. ex tenore, verbo mandata, de sentent. excommunicat. Innocent. cap. sic, el. 3. num. 1. de iur. iurando, & ibi Ioan. And. n. 5. Hostiens. num. 3. Bald. n. 8. Abbas n. 26. Alexand. de Neuo n. 79. Sylvest. verbo bellii, 1. q. 9. concl. 6. verbo conscientia, q. ult. & verbo obedientia, q. 2. & verbo religio 6. q. 6. Mald. de virtut. q. 40. art. 1. dub. 3. fol. 251. Lorca 2. 2. scilicet 3. disp. 13. n. 8. & 9. & 1. 2. scilicet 2. disp. 38. §. de dubio circa praecipium. Nauar. cap. si quis ausum, de poenit. dist. 7. n. 112. & in sum. 2. 3. n. 37. Toler. in sum. cap. 15. n. 6. vbi de peccatis mortalib. Valentini. 1. 2. disp. 2. q. 14. p. 4. q. 4. vbi peculiariter, & 2. disp. 3. q. 169. p. 2. concl. 5. §. sexto certum est. Mol. tom. 1. de iust. disp. 1. 3. concl. 3. Azor. tom. 1. lib. 2. cap. 19. q. 1. 9. Nauar. de restit. cap. 3. dub. 12. à n. 25. 2. lib. 2. Saà verbo bellum, n. 1. saytus in clauis regia. lib. 1. cap. 13. n. 4. Thom. Sanchez. lib. 6. in decal. cap. 3. n. sine. Villalob. tom. 1. sum. tract. 1. diff. 26. Garcia de bonet. 2. tom. p. 1. cap. 5. n. 36. Ioan. Sanchez. diff. 33. n. 37. & alii plures quos referunt supradicti Doctores, & specialiter vterque Sanch.

3 In hac igitur grauisima quaestione dicendum existimo cum doctores nuper relatis, quoties praecipium superioris facillimo negotio impleri potest, hoc est, absque detrimento tui, vel alterius exequi te debere etsi dubius sis de eius honestate. Quia tunc nullus apparet titulus honestatis omissionem praecipii, subiectionis debite superioris: quod enim illud praecipium videatur tibi contrarium diuino, hoc te excusare non potest, dum non probes esse contrarium. Tibi enim incumbit onus probandi illicitum esse: non autem superioris incumbit onus probandi esse licitum & honestum: hoc enim ius semper praesumit, & supponit item superior praecipiens existimandum est iudicare se praecipere posse. Cur ergo iudicium tuum dubium superioris iudicio certo vis antepone?

4 Neque contra hanc conclusionem obstant argumenta pro sententia Valquez adducta non primum. Nam esto superior non habeat ius praecipienda illicita, habet tamen ius praecipienda quae sibi licita videntur, dum non constat de raptu sine, etsi tibi illicita esse asserant ac proinde eam dubitas de honestate materiae imperatae, non, ex tuo iudicio, sed potius ex eius iudicio honestas praecipii, & eius obligatio metienda est.

Ad secundum respondeo dubitantem de praecipio, an sit impositum illo non teneri, quia non sufficienter proponitur: at dubitans de eius honestate tenetur, quia honestas praecipii non

